

c Et ne arrogantia imputaretur quod Paulus se scire iactabat quae ignoraverant omnes Patriarchae, Prophetae & sancti reges, refert hoc acceptum Spiritui sancto, cuius in potestate est quantum cuique voluerit impertiri, Neque enim alia est sciendi mensura nisi quam ipse nobis terminat. Nam proprium Spiritus sancti officium & donum est revelatio Evangelii. Hinc Christus de venturo Spiritu dicebat, Suggester vobis omnia quae cunquedixerit vobis, Ioh. 14. d. 29. Et, Ducet vos in omnem veritatem. Ibidem, 16. b. 13. Sicut ergo notitiam illam Paulus divinae gratiae tribuebat, ita nunc revelationi Spiritus sancti nequid sibi arrogare videatur.

6. † Ut sint Gentes coheredes, & eiusdem corporis consortesque promissionis eius in Christo per Evangelium:

Al. Gentes (scilicet) esse coheredes & consortes.

VI SINT GENTES COHEREDES. E Declarat quid proprie intelligi velit per mysterium quod secundum revelationem dixit sibi innotuisse, doctrinam scilicet de salute Gentium: quae in hoc consistit quod Gentes coheredes sint, concorporatae & consortes divinae in Christo promissionis. c Tribus autem vocabulis exprimit Gentes in populum Dei fuisse cooptatas, ut melius ostendat qua conditione deducit hoc fieri: nempe dum indifferenter vocantur Iudaeis ut unum corpus efficiant. A Significant autem haec vocabula ad intimam coniunctionem quae per fidem in Christum Gentibus cum Iudaeis intercessit. PER EVANG. E En causa formalis, ut sciant Gentes se hoc medio vocari ad caelestem hereditatem, A quae Christi beneficio omnibus credentibus est apparatus. E Est enim Evangelium Dei potentia in salutem omni credenti. Rom. 1. b. 16.

7. Cuius factus sum minister † secundum donum gratiae Dei, quod datum est mihi secundum efficaciam potentiae illius.

Al. Ex dono.

CVIVS FACTVS. B Nequis crederet ipsum impudentius iactare ministerium suum, nunc sibi munus hoc fuisse mandatam adiungit: c atque ita personae suae accommodat quod de se dixerat. Ne tamen sibi videatur plus tribuere quam oportet, primo donum esse praedicat gratiae Dei, deinde in hoc sono praedicat Dei potentiam q. d. Nolite respicere quid sim meritis: quia Dominus vltro mihi sua liberalitate hoc contulit ut iam Apostolus Gentium, non mea dignitate, sed eius gratia. Nolite etiam respicere qualis fuerim: nam Domini est homines nihili extollere. A Haec certe non sine fructu laboravi in Evangelii negotio, & constanter Evangelium praedicaui. 1 non quod ipse meis viribus par sim tam arduae provinciae: sed is qui delegavit hoc munus, idem de suo addidit opem suam, qua fit ut meis praesidiis imbecillis & invalidus, illius beneficio fortis sim atque intrepidus aduersus omnium malorum procillas. c Haec autem esse divinae potentiae efficaciam, ex nihilo grande aliquid efficere. A Discant hic verbi praecones se Evangelii non dominos esse, sed ministros. Vnius ergo Dei gloriam & Ecclesiae aedificationem promouere studeant.

Al. Mihi (inquam) min.

8. † Mihi minime omnium sanctorum data est gratia haec, ut inter Gentes euangelizem imperuestigabiles diuitias Christi.

MIHI MINIME OMNIUM. B Eandem rem dicit quam prius, sed aliis verbis. Mira enim verborum amplificatione extollit ministerium suum & gloriae Evangelicis negociis: c se autem ac sua omnia quantum potest extenuat, ut Dei gratiam altius euehat, & simul hac confessione praenuntiat aduersarios in obiectionibus quas contra afferre poterant, Quinam hic est ut reliquis omnibus Deus ipsum praetulerit: quibus dotibus alios antecellebat, ut praeter omnibus dilectus fuerit? Tollit ergo omnem dignitatis & virtutum comparationem, dum se omnium minimum fuisse fatetur, 1 q. d. Non iacto meam dignitatem, fateor me minimum esse omnium sanctorum: sed tamen huic minime placuit divinae bonitati concedere negotium longe maximum, ut inter Gentes ante hac profus ignaras Dei promulgem ac praedice imperuestigabiles diuitias Christi. c Neque vero simulate loquitur quum ita se deicit: quemadmodum plerique fictam humilitatem praeseferunt, quum intus in animis turgeant. & verbo se minimos fatentur, quum tamen summi haberi velint, seque summo honore dignos putent. Ex animo Paulus suam praetulerat agnoscit: ideo alibi longe deiectus de se loquitur, 1. Cor. 15. a. 9. Et quum se ex peccatoribus primum facit, 1. Tim. 1. c. 13. B Simile praene habes extenuationis exemplum in Iohanne Baptista, qui se indignum ferebatur qui solueret corrigiam calceamenti pedum Christi, Matth. 3. c. 11. A De eo tamen Dominus ipse pronuntiat, Amen dico vobis, non exortus fuit inter eos qui nascuntur e mulieribus, maior Iohanne Baptista, Matt. 11. c. 11. c In his autem semper spectandum est quales sint homines ex seipsis, & seorsum a gratia Dei, & quales donis Dei ornati: A ne propter eorum vilitatem & simplicitatem dona Dei in illis collocata spernantur, & nihilo fiant. P Quum enim Dei virtus per hominem ut cubiq; despectum operatur, nemo in hominem sed in Deum attendere debet. A Dauid omnium fratrum suorum minimus erat: Deus tamen per ipsum victoriam populo suo tradente & immanem hostem proflernere voluit, 1. Sam. 17. g. 51. P Sic Paulus, Habemus, inquit, thesaurum hunc in testaceis vasculis, ut virtutis eminentia sit Dei, & non ex nobis. 2. Cor. 4. b. 7. VT INTER GENTES EVANGELIZEM. c Significat hoc sibi peculiare donum datum fuisse ut Gentibus euangelizaret. Nam ut communem habebat Apostolatus functionem cum reliquis ita proprius hic erat eius honor. Gentibus destinatum esse Apostolum. Vide Gal. 2. b. 7. 8. IMPERUESTIGABILES DIVITIAS CHR. B Appellat imperuestigabiles Christi diuitias, non illas quidem quas nemo nostrum percipere potest: (sic enim frustra praedicaretur nobis Evangelium) sed quod quisque pro modulo & dono suo tantum percipiat opum caelestium quantum ad salutem consequendam satis est. G Alias nemo vnquam mortalium tam callidus, acutus & sagax fuit, qui thesaurum illum Evangelicum nobis per Christum exhibitum penitus inuestigare & introspicere potuerit. B Quis enim hominum explicuit pretium, nobilitatem, & excellentiam caelestis illius thesauri a Deo nobis per Christum exhibiti? Latuit hic thesaurus ad tempus, sed & in Deo fuit absconditus, donec per Spiritum suum hominibus revelare voluit.

9. Et in lucem proferam omnibus quae sit communio mysterii quod erat absconditum a saeculis in Deo, qui vniuersa condidit per Iesum Christum.

ET IN LUCEM PROFERAM. G Hoc est, ut omnibus notum & perspicuum faciam arcanum quod haecenus occultum fuit. QVA SIT COMMUNIO MYSTERII. c Communionem appellat promulgationem, quam scilicet Deus homines consilii sui, quod ante occultum habuerat, vult fieri participes. A Alii communionem accipiunt pro sodalitate & societate, quae cocunt Iudaei & Gentes in vnam Ecclesiam per Evangelium & societate, utrisque ex aequo annuntiat: sed prior expositio magis aridet, quod vult soli Deo erat cognitum. c Quibus verbis Paulus occurrit hominum temeritati, qui indignum esse putant quicquam a se ignorari. Quasi vero non sit in arbitrio Dei recondita habere penes se sua consilia, donec ea communicare velit hominibus. Quae ista est arrogantia, imo insania, non concedere Deo ut plus sapiat quam nos? Quare meminerimus reprimendam esse nostram audaciam, quoties immensa divinae praescientiae altitudo nobis proponitur. B Statuit ergo nos per Christum saluare, idque aeterno decreto apud se statuto, priusquam videlicet iacerentur fundamenta mundi, Supra, 1. a. 4. Sed destinato tempore voluit id arcani in lucem proferri palamque exponi per Paulum & alios Apostolos, quomodo per aeternum suum consilium statuerit nos sibi ipsi per Christum primum, deinde per eundem reconciliare in vnum corpus, cui ipse demum se omnibus donis impendere & se totum te prima creatione interpretari libet, quam de instauratione spirituali. Tamen enim verum est illud, verbo Dei creata est omnia, (Psal. 33. a. 6. & Iohan. 1. a. 3.) circumstantia tamen loci postulat ut de renouatione intelligamus, quae continetur in beneficio redemptionis. Nisi forte quis argumentum ducere mali a creatione ad renouationem, hoc sensu, per Christum Deum Pater creauit omnia: non igitur mirum si nunc Gentes omnes ipso mediatore in integrum restituat. Simili argumento utitur, dicens, Deus, qui iussit e tenebris lucem splendescere, idem est qui illuxit cordibus vestris, 2. Cor. 4. b. 6. Colligit enim ex mundi creatione, officium esse Dei illuminare tenebras, sed quod illic visibile fuit, transfert ad Spiritum, ubi agitur de regno Christi. E Quum autem dicitur Deus omnia creasse per Iesum Christum, nemo id intelligat instrumentaliter, sed cooperativa: ut certo statuat omnes Christum Iesum Filium Patri aequalem esse, eiusdem essentiae, substantiae, diuinitatis, voluntatis, operationis, &c.

10. Ut nota fiat nunc † principatibus ac potestatibus in caelestibus per Ecclesiam vehementer varia sapientia Dei.

VT NOTA FIAT NUNC PRINCIPAT. c Hoc multi referunt ad diabolos, absurdum esse iudicantes si de bonis Angelis exponatur, propterea quod in splendore vultus Dei plus cernunt quam ut talis ignorantia illis conueniat. Sed inconsiderate de daemone uis interpretantur. Quid enim egregium de Evangelio praedicaret Apostolus, aut de Gentium vocatione, si nunc primum diabolus innotuisse diceret? Atqui certum est huc ipsum incumbere ut Dei misericordiam erga Gentes, & simul Evangelii dignitatem quam potest maxime amplificet, Quod ut faciat, testatur in Evangelii praedicatione in medium proferri multiplicem Dei gratiam, quae ne Angelis quidem caelestibus semper nota fuerit. Vnde sequitur debere hominibus esse plusquam admirabilem Dei sapientiam, in eo quod Gentes Iudaeis adiunxit in salutis consortium. Ideo ΠΑΛΟΥΣΙΟΙΣ VOCAT: quia solent eam homines falso metiri vna specie, dum totam & singulas eius partes minime capiunt. Exempli gratia, Dei sapientiam Iudaei in clusam esse imaginabantur in praesenti dispensatione quae tunc erat: Deus autem aliam sapientiae suae documentum ac specimen deprompsit, Evangelium omnibus indifferenter publicando. Non quod noua fuerit sapientia, sed quod magis ampla est ac multiplex quam ut ingenii nostri modulo comprehendatur. Quare sciamus, qualemcunque eius notitiam simus consecuti, tenuem duntaxat esse porciunculam. Quod si in Gentium vocatione in caelo agnosceret ab Angelis, & reuerenter excipitur, quam indignum est in terra ab hominibus respici vel despici: A Neque tamen ex hoc loco colligi debet Angelis necessarium esse verbi praedicationem. Notum est enim quibus verbi sui ministerium Deus destinauerit, nempe hominibus. c Si ergo in fide non ambulat Angeli, qui Dei conspectu fruuntur, neque etiam externa verbi administratione opus habeant. Sed hic simplex est sensus verborum Pauli, quod Ecclesia ex Iudaeis pariter ac Gentibus collecta quasi speculum sit in quo contemplantur Angeli mirificam Dei sapientiam, quam prius nescierant. Opus enim vident sibi nouum, & cuius ratio in Deo latebat. Talis est profectus, non quia ex ore hominum aliquid discant.

11. Secundum † praefinitionem saeculorum quam fecit in Christo Iesu Domino nostro.

SECUNDVM PRAE. G Hoc (inquit) arcanum & prudens consilium de Gentibus & Iudaeis copulandis, quod ante condita saecula Deus solus ceperat, nunc demum in Christo Iesu, & terrestribus & caelestibus creaturis innotescere voluit. c Videmus quam diligenter caueat Paulus, ne obici possit consilii mutatio in Deo. Ideo reperit iam tertio, fuisse aeternum semperque fixum decretum, sed quod debuerit in Christo sancti, quia in ipso statutum erat. Ita legitimum publicandi decreti tempus ad Christi regnum pertinere significat. G Huc facit quod idem Paulus scripsit reliquis, Qui (sub. Deus) saluos facit nos, & vocauit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam quae data quidem est nobis per Christum Iesum ante tempora aeterna, sed palam facta est nunc per apparitionem seruatoris nostri Iesu Christi, 2. Tim. 1. b. 9.

12. Per quem habemus audaciam & aditum cum fiducia quae est per fidem illius.

PER QUEM HABEMVS. B Proripit Paulus in merita, officia & beneficia Christi, quae per illum habemus, credentes in eum: ut sciamus Christum nec frustra venisse, nec frustra Evangelium praedicasse. A Per hunc enim redemptorem & mediatorem obtigit nobis magna libertas agendi, securitas magna & astitus liberrimus ad Patrem. G ΠΑΥΣΙΑ enim dicendi libertatem significat, qua qui praediti sunt, libere ac ingenue verum proloquuntur, absque vilo personarum respectu. Id quod hoc bene quadrat. Paulus namque significare vult nos libere cum Deo de omnibus necesse

... nosse nos... quae fidei vis... vera Dei invocatio... res fidem... respicere debe... non habendam... quae: quod... Ex fide pro... alteram dei... primam Dei pro... fiduciam, ut... facit ut prof... Fidem qui... sole calorem... exiguam... sine his... in fidelitatis... vel secura... est praesumptio... in pater... nec morte... conscientiam... Deo non retic... Obseruandum etiam... filii Dei... bene hab... cum Deo, &... sed... fiduciam... in... a nuqua... Sophista quae...

13. Quapropter peto... quae est gloria... Peto... Ephesus... dignatus sit... horratu... Hierosol... calumnia... si veritatis... in Rom... quod De... animi v... sanctae &... per seuerent... quod ex carcere... etiam... conciderent... pro Ephesus... hanc v... Evangelium... 21. f. 31. & 26... omnium... quod... quae est... non dubitat... quae est... ob vincto... omnes in q... pignore con... Paulus... scelera in... martyria... ut orien... quam efficac... quam in... opprimi etia... Phil. 1. a. 7. &... praecipue v... pro verita... Referta, B... eius, Psal...

14. Huius rei gratia... Quae... hunc... Deum Pa... non tantum... prec... benedictio... tantum adm... ne fin... causam, quum au... Dominus bene... interit. Quin... Pelagiana... doctrinam... in ob... sancto ut ap... lumen, ne furi... instrumenti... populis... inanis excre...